



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

XLVI. Brvno II. XXV. Arch. IX. Elector.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

fuit & exornavit; insignem etiam promeritus est laudem moderatâ parsimoniâ, & redituum Ecclesiasticorum curâ sedulâ, quod indicant nobis verba:

Ossa Severini gemmis ornavit & auro
Nobilis Hermannus sanguine, dives opum.

XLV. FRIDERICVS I, XXIV. ARCH.
VIII. ELECTOR.

FRidericus Comes Forojuliensis, aut testibus Scriptorum Colonienſium calamis è Suevorum Comitum ſtirpe pro-
gnatus, cum D. Norberto Parthenopolis Archiepiſcopo
egit cominus & eminus, ut quaqua verſus prodeſſent Eccleſiæ.
Apoſtolicum Friderici Zelum unâ cum aliis multis dilaudavit Mo-
naſterium in Inſula Rhenana, Rolandi dictâ, & alterum in mon-
te S. Apollinaris munificentiffimè extractum. Sedit annis 32.
mortuus an, 1131.

S E C U L U M XII.

XLVI. BRVNO II, XXV. ARCH.
IX. ELECTOR.

Bruno Comes de Altena in Weſtphalia natus, tribus in Ec-
cleſiis floruit Colonie & Confluentiæ. Merita ejus
tanta fuerunt, ut licet epileſiæ morbo laboraret, &
Godefredus Sanctenſis Præpoſitus æmulorum potentiffimus mul-
tis placeret, nihilominus Brunonem eligendum Archipræſu-
lem cenſerent Canonicorum plures, & ſuaderet Imperator Lo-
tharius II. Nemini nempe Elector hic diſplicuit magis, quàm
ipſe ſibi: quare non niſi multorum precibus, & D. Bernardi con-
ſiliis perſuaſus, Colonie Solium conſcendit, poſtquam jam Tre-
virenſium Inſulam neſtquam admiffit, Innocentio II. Pontifice
Bru-

Brunonis constantiam probante. Annos 6. Elector numeravit; à Lothario enim Imperatore in Italiam ductus an. 1137. in Apulia est extinctus, & Bari in templo D. Nicolai sepultus, cujus ossa elapso dein biennio Rogerius tyrannus Siculus exhumari, & per urbis compita spargi mandavit.

XLVII. HUGO. XXVI. ARCH.
X. ELECTOR.

Hugo Sponhemienſis Comes, Decanus Agrippæ Coloniae, mortuo Brunoni Succellor datus in Italia, ibidem conſecratione & Pallio à Pontifice impetratis Melphiæ ſeu Bari elapſo quatrīduo poſt ſectionem venæ eſt mortuus, paucorum omnino menſium Archiepiſcopus.

XLVIII. ARNOLDVS I. XXVII. ARCH.
XI. ELECTOR.

Arnoldus Geldriæ Comes de Simoniæ crimine ad Eugenium III. Pont. ab invidentibus delatus, & Romam uſque ad dicendam Cauſam vocatus, alacri comparuit animo, comite conſcientiâ bonâ tutiſſimus, qualem ſanè invenit judex in terris Supremus ringentibus inimicis. D. Bernardi conſiliis, quin & familiaritate uſus Arnoldus, didicit periculofis temporibus cedere & occurrere, vitia nimirum eradicando, & virtutes plantando per annos Sedis 14.

XLIX. ARNOLDVS II. XXVIII. ARCH.
XII. ELECTOR.

Arnoldus II. Comes de Wied per varios in Collegio Canonicorum Coloniensium gradus ad ſupremum denique aſcendit annorum 5. Elector, qui ſui ævi luxit moeſta tempora, & D. Bernardi mortem plurimis luctuofiffimam. Geſta Arnoldi hujus probavit maximè Conradus III. Imperator